Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26150
Copyright: Admont, Benediktinerstift

aperi mihi ut per te ad te intrarem. qui et hoc dedisti ut
pulsarem. Credo enim te daturum. quia te dicente
omnia possibilia sunt credenti. Inuoco te in ani
mam meam quam preparas ad capiendum te ex desiderio
quod inspirasti. Inuoco te deus misericordia mea. qui
fecisti me. et oblitum tui non oblitus es. Et nunc inuo
cantem te ne deseras. qui priusquam inuocarem preue
nisti. et instiisti crebrescens multociens
uocibus. ut audirem de longinquo. et conuerterer
et uocantem me inuocarem te. Tu enim domine de
leuisti omnia mala merita mea ne retribu
eres manibus meis in quibus a te defeci. et preue
nisti omnia bona merita mea. ut retribueres
manibus tuis. quibus me fecisti. quia et priusquam essem
tu eras. nec erat cui prestares ut essem. et tamen
ecce sum ex bonitate tua preueniente. Mise
rere mei pater. miserere mei. Domine deus meus con
tendunt mores mei mali cum gaudiis bo